

solis festivitatum, & dierum hujusmodi annis singulis in perpetuum visitaverint, & pro eisdem Monasterii fabrica, ac illius Prioris, & Monialium sustentatione, & manutentione, ac paramenti divini cultui necessariis, manus adjutrices porrexerint, inique pias ad Deum preces juxta eorum devotionem effuderint, quoties id fecerint, toties plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & largimur. Præterea eisdem Christianidelibus, qui singulis quadragesimalibus diebus, usque ad octavam Resurrectionis ejusdem Domini Ecclesiam prædictam, etiam annis singulis in perpetuum visitaverint centum annos, & totidem quadragesimas de injunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus. Utque ipsi Christianideles hujusmodi indulgentiarum facilius participes effici possint eisdem Christianidelibus, ut aliquos Presbyteros seculares, aut quarumvis Ordinum regulares, qui confessionibus diligenter auditis ipsos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis criminibus, excessibus, & delictis etiam in singulis casibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis non tamen contentis in literis in die Cœnæ Domini legi consuetis absolvere, & eis pro præmissis poenitentiam salutarem injungere; necnon vota quæcumque per eos emissæ (ultramariano, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sancti Jacobi in Compostella, necnon Religionis, & Caritatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possint, facultatem concedimus, & indulgentias hujusmodi, necnon præsentem literas sub quibuscumque revocationibus, suspensionibus, derogationibus similium, vel dissimilium indulgentiarum per Nos, & Sedem Apostolicam, etiam in favorem Basilicæ Principis Apostolorum, ac Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, aut expeditionis contra Infideles, vel alias quomodolibet, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, & concessis, nullatenus comprehensas; sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse, & censeri, & eisdem Christianidelibus suffragari debere decernimus. Indulgentias quoque Jubilæi, & remissionem peccatorum, sicut præmittitur, per dictum Paulum Prædecessorem concessas, quas post viginti annos valere minime voluit, ad alios viginti annos prorogamus, & extendimus, & quatenus opus sit de novo concedimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Januarii millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno tertio.

§.4. Nihilominus inter præfatum Benedictum Cardinalem Protectorem ex una,

& dilectum pariter filium nostrum in dicta Urbe Vicarium in spiritualibus generalem, præfatas Pii IV. Prædecessoris, & in eis relatas literas quoad privilegia, & exemptiones domui, seu Hospitali, ac Monasterio prædictis concessa locum sibi in Monasterio Annunciationis hujusmodi præsertim stantibus Constitutione rec. mem. Gregorii Papæ XV. Prædecessoris pariter nostri quæ incipit: *Insuperabili Dei providentia &c.* ac declarationibus Congregationis tunc existentium S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum desuper emanatis, nec non Decreto a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prelatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & Locorum Piorum dictæ Urbis a Nobis instituta deputatorum die 29. Septem. 1660. edito de, & super exemptorum privilegiis, vindicare non posse, neque debere præterdentem ex altera partibus nonnulla controversia, seu disensiones super exercitio jurisdictionis, & exemptionis in Monasterio præfato, quod etiam alias a pie mem. Pio Papa V. Prædecessore nostro e loco apud Ecclesiam S. Joannis de Mercato Regionis Campitellorum Urbis præfate, ubi erectum, & institutum fuerat, ad Ecclesiam, & vetusta ædificia Præceptoris, seu Commendæ S. Basilii in Regione Montium ejusdem Urbis consisten. Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani (in Ecclesia, & ædificiis hujusmodi unum Monasterium sub invocatione Beatæ Mariæ Annunciatæ Ordinis S. Dominici perpetuo erigendo) translatum extitit, exorta fuerunt, in non modicum spiritualis disciplinæ, & divini cultus in domo, seu Hospitali, ac Monasterio præfatis detrimentum. Nos igitur quibus totius Gregis Dominici, sed potissimum omnium, quæ perierant, & de manu lupi rapacis redemptæ sunt, cura cordi est, quique pro eisdem, ut remotis quibuscumque diverticulis, & impedimentis, vocem sui pastoris audire, illiusque cœlesti pabulo recreari valeant opem, & operam nostram sedulo adhibemus, ut in domo, seu Hospitali, ac Monasterio prædictis, quæ circa illorum regimen, & administrationem, ac directionem, seu jurisdictionem a memoratis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris per præfatas literas provide sancita fuerunt, suum in omnibus, & per omnia fortiantur effectum, ac illæsa, & illibata persistant providere volentes, motu proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac de apostolicæ potestatis plenitudine primodictas, ac præfatas Pii IV., & in eis relatas, necnon Pii V. Prædecessorum literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac quatenus opus sit, de novo edimus.

§.5. Decernentes præfatas Gregorii Prædecessoris, aliasque desuper forsan emanatas Constitutiones, & Ordinationes Apostolicas.

C D X X X I.

stolicas, si quæ sint, quas hic pro expressis, & insertis haberi volumus, quoad impediendum liberum exercitium jurisdictionis tam spiritualis, quam temporalis in domo, seu Hospitali, ac Monasterio prædictis dicto Benedicto Cardinali, & pro tempore existenti domus, seu Hospitalis, ac Monasterii hujusmodi Protectori per eandem Pii IV. Prædecessoris, & in eis relatas literas concessum, & quo minus Benedictus Cardinalis, & pro tempore existentes Protectores prædicti exemptionibus sibi per eandem attributis libere uti, frui, potiri, & gaudere possint, & debeant, nequaquam locum habere, seu obtinere posse, sed eundem Benedictum Cardinalem, & pro tempore domus, seu Hospitalis, ac Monasterii hujusmodi Protectores privilegii, exemptionibus, prerogativis, aliisque sibi per præfatas Pii IV. Prædecessoris, & in eis enarratas literas hujusmodi concessis libere, & licite uti, frui, potiri, & gaudere debere in omnibus, & per omnia perinde ac si Gregorii XV. Prædecessoris Constitutio, ac Resolutiones, & Decreta præfata quoad hoc non emanassent; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate sciatur, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obstantibus præfata Greg. XV. Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Resolutionibus, & Decreto prædictis, necnon quatenus opus sit, quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, & de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 6. Martii 1663. An. VIII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Martii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Plenipotentiæ R. P. D. Rasponio ad tradendum, & concludendum cum Ministris Regis Christianissimi, & aliorum Principum Catholicorum, ipsoque Rege occasione casus inter familiam Oratoris dicti Regis, & Custodias Militum Corsorum die 20. Augusti 1662, in Urbe sequuti, ac de postulatis super Vallibus Comacini, & Ducatu Castrensi.

Ex Regest. in Secret. Rom.

Dilecto filio Magistro Casari Rasponio in utraque Signatura nostra Referendario.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Q uales animi nostri sensus fuerint auditore detestabili casu, qui 13. Kalen. Septembris præcedentis anni 1662. accidit inter familiam Nobilis viri apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoris pro charissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum Rege Christianissimo, & custodias Corsorum Militum in Urbe existentium, quidve pro facinoris atrocitate, etiam justitia mediante vindicanda tunc jufferimus, reque ipsa exequutum sit, aliis nostris literis plene significavimus, ipsaque Urbs omnium Nationum mater, & alrix locuples testis existit. Qualia itidem fuerint studia nostra pro motibus inde exortis Regiæ dignitatis intuitu paterna dilectione compescendis, penitusque sedandis, non solum cordium scrutatori Deo, sed universis etiam Christianidelibus, & Principibus Catholicis præcipuis Ecclesiæ filiis contestata fide notissima sunt. Quæ majori in dies fervore prosequentes, ut regem nostræ custodiæ commissum in summa rerum tranquillitate servatum Datori verè pacis, qui usque in finem dilexit Nos, illæsum cum scenore gratiæ fideliter restituamus, libenter accepimus desuper acta Parisiis per dilectos filios Principum Catholicorum ministros gratia publicâ quietem conservandi, ut omni formidine in Christiana Republica prorsus sublata, vera pax floreat, nostraque tempora felici animarum concordia, & tranquillitate fruatur, eorum zelum, ac pietatem in hoc commendantes, visaque propterea subscriptione ab eisdem facta, qua in se ipsos curam susceperunt, quod hic etiam convenienter satisfiet, postulatis super Vallibus Comacini, & Ducatu Castrensi, quodque Nos, qui æquum, & justum semper amavimus, faciles erimus in his concedendis, quæ justitia suadebit, ac rectæ conscientia norma permittet.

Procurator.

§.2. Ideo summo opere cupientes omnia, & singula pro communi bono, ac stabili omnium quiete componi, & efficaci charissimi filii nostri Regis Christianissimi interpositione, quam, ut par est magni facimus, quantum in Domino possumus, satisf-

risfacere volentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione, de qua apostolica potestatis plenitudine, Te de cuius fide, prudentia, & in rebus agendis dexteritate, plurimum in Domino confidimus, super praemissis, & quibuscumque aliis ad casum praefatum quomodolibet, & qualitercumque spectantibus, eorumque occasione proponendis, tractandis, debitoque fine, ut praemissum concludendis in nostrum, & Sedis Apostolicae Plenipotentiarum nominamus, & deputamus, ac ut nostro, distaeque Sedis nomine cum praefatis Regis Christianissimi, ac Principum Catholicorum Ministris, ipsoque Rege, & aliis quibuscumque de praemissis omnibus, & singulis agere, eademque tractare, & concludere, ac perpetuam, & inviolabilem conclusionem observationem ex nostra, distaeque Sedis parte spondere, & polliceri, omniaque pariter, & singula de, & super praemissis facere, perficere, & absolvere, etiam si talia forent, quae specialia, & individua mentionem requirerent, nihil omnino excipiendo.

Plenipotencia conceditur in sub.

§.3. Nosque, & Sedem praedictam ad illa adimplenda, & formiter observanda omni meliori, & validiori modo obligare, desuperque omnes scripturas necessarias, & quomodolibet opportunas conficere, & confici facere, & subscribere libere, ac licite possis, & valeas plenam, & amplam facultatem, tenore praesentium concedimus, & impertimur.

Clausula.

§.4. Decernentes validum, firmum, & efficax fore, quicquid praesentium huiusmodi vigore Tu egeris, tractaveris, conveneris, concluderis, & subscripseris. Id omne ratum, & gratum habentes. Nosque, & Sedem praefatam ad perpetuam illius observationem teneri, non secus, ac si a Nobismet ipsis personaliter actum, tractatum, pollicitum, conclusum, & subscriptum fuisset; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, Nosque ipsos, & Successores nostros, ac Sedem praedictam, & quoscumque alios quavis potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria derogat.

§.5. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque; Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 23. Martii 1663. Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 23. Martii 1663. An. VIII.

Ut tres Conventus Custodiae Sanctissimae Trinitatis in Provincia majori Turoniae Ordinis Minorum S. Francisci uniri possint Provinciae viciniori, aut commodiori Reformatorem, seu Recollectorum &c.

Ex Regis. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam nullo licet meritorum nostrorum suffragio praepositi felici Religiosorum virorum vota sua Deo reddere jugiter satagentium regimini, & quieti libenter consulimus, sicut in Domino conspiciamus, salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Theophilus Carrier Custos, ac omnes Fratres tam Superiores, quam inferiores Custodiae Sanctissimae Trinitatis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, & praesertim Joannes Baptista Baudin eorum specialis hac in parte Procurator, quod pro reformatione Provinciae majoris Turoniae Fratrum Minorum dicti Ordinis vigore quarundam felic. record. Urbani Papae VIII. Praedecessoris nostri in simili forma Brevis Literarum die 30. Augusti 1642. ac die 22. Januarii, & die 22. Aprilis 1643. necnon 2. Martii 1644. respective expeditarum dicta Custodia iuxta quasdam recol. mem. Clementis Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri Literas in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciae die 29. Aug. 1643. Rhedonis celebrato per Venerabilem Fratrem Henricum tunc Episcopum Rhedonen. Apostolicum hac in re Commissarium erecta, & confirmata fuit, illique sex Conventus, videlicet Rhedonenfis, Venetensis, Corizopitensis, Vastinensis, Inicastrensis, & Castrireginaldenfis assignati fuerunt. Verum Fratres dictae Provinciae Turoniae sic erectam, & confirmatam auctoritate Apostolica Custodiam huiusmodi, imo, & ab ipsis receptam, laudatam, & approbatam sub propriis chirographis statim in cunabulis opprimere, & destruerent attentarunt, obliti obedientiae, & reverentiae Sedis Apostolicae, quam voverunt, ac propriae fidei, quam in scriptis solemniter dederant: siquidem Conventus Venetensem, & Corizopitensem Fratribus Reformatis tradere noluerunt, eosque a Conventu Rhedonenfi manu violenta, baculis, armis, & aliis instrumentis cum effusione sanguinis, & periculo vitae multorum Religiosorum ejecerunt, necnon ab aliis tribus Conventibus jam dudum ejecissent, nisi a charissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum Rege Christianissimo, ac a Dominis, & Civibus Urbium, in quibus ipsi Conventus constructi sunt, impediti, & repulsi fuissent. Et licet sub excommuni-

Expositio.

Decretum confirmat.

inationis poena iussi fuerint usurpatos Conventus Reformati restituere, non solum minime obtemperarunt; sed etiam ab illo tempore non cessarunt novis, continuis, & inauditis injuriis ipsos Reformatos impetere, ut eos penitus extirparent, timentes ne incepta reformatio latius in Provincia excresceret, eamque tandem in perfectum regularem observantiam statum reduceret.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, nulla jam superstit spes Fratrum Reformati intentam ab ipsis reformationem in dictam Provinciam introducendi, imo nec pacifice in tribus Conventibus, qui eis supersunt, vivendi, nisi ab illis relaxatis Fratribus omnino separarentur, tum propter exiguitatem ipsorum, tum propter penuriam locorum, & injuriam temporum; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi de medio opportuno regulam suam ad literam observandi iuxta praescriptum praefatarum Clementis Praedecessoris Literarum, quibus omnes, & singuli subscriperunt providere; & quia soli Fratres Recollecti in Gallia sub eisdem Clementis Praedecessoris Literis regulam servant, ipsis exponentibus, ut cum dictis tribus eorum Conventibus viciniori, aut commodiori Provinciae Recollectorum, seu Reformatorum in Gallia, servato tamen jure uniuscujusque uniri, & incorporari possint permittente, ac plenam potestatem Commissario Generali Visitatori praefatae Provinciae hanc unionem perficendi concedere, de benignitate apostolica dignaremur.

Decretum confirmat.

§.3. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, attentis narratis, ac audito per eosdem Cardinales, & consentientes dilecto filio Ministro Generali Ordin. praefati, ut memorati tres Conventus nimirum Vastinensis, Inicastrensis, & Castrireginaldenfis, necnon, & Fratres in ipsis degentes viciniori, & commodiori Reformatorem, seu Recollectorum auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Ac huius unionis, & incorporationis peragendae facultatem dilecto filio Commissario Generali Visitatori ipsius Provinciae auctoritate, & tenore praefatis tribuimus.

Decretum irritum.

§.4. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, &

integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, ac Provinciae, & Conventuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 5. Apr. 1663. Pontificatus nostri anno VIII.

Dat die 5. Apr. 1663. An. VIII.

CDXXXIII.

Declaratio mentis super solutione Decimarum per Pensionarios facienda.

Vide ad Constit. 53. Innocentii X. Nuper. Tom. 6. Par. 3. fol. 79. & ad Constit. 335. Cum Divina bajus. Pont. fol. 139. ut supr.

ALEXANDER PAPA VII.

Motu proprio, &c. Cum Nos alias pro urgentibus Republicae Christianae necessitatibus, & praesertim ad reprimendos Infidelium conatus, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu inter alia indixerimus, & imposuerimus sex integras decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum omnium, & quarumcumque Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegatarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam mensarum Patriarchalium Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Praepositorum, Canoniarum, & Praebendarum, Dignitatum, Personatum, ceterorumque beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum, etiam Jurispatronatus Laicorum, & Regularium locorum in universa Italia, & Insulis adjacentibus consistentium, sub certis tamen exceptionibus, ac modo, & forma

Poenitentium.

ma tunc expressis, atque etiam omnium, & quarumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, ac distributionibus quotidianis, five earum loco, fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum hujusmodi (Statu Veneto excepto) in favorem quorumcumque (non tamen Cardinalium predictorum) reservatarum, & assignatarum, seu translatarum, aut reservatarum, & assignatarum, vel translatarum, ac reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum, aut reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum percipiendas, exigendas, & levandas, ac ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, & cæteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, militiæ, & conditionis personis, decennio inibi expresso durante prædicta quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata, & assignata, seu translata habentibus, & habituris, necnon oconomis, administratoribus perpetuis, & temporariis, usufructuariis, ac fructus, & pensiones, res, & alia jura quomodolibet habentibus, & habituris, tam Secularibus, quam Regularibus, etiam quorumcumque Ordinum, & certarum Militiarum.

§.1. Ac præterea pensionum hujusmodi Decimas ad rationem decem pro Centenario præstari debere, & secundum ea omnes in solidum cogendos esse, ipsarumque Decimarum Procuratores a quibus liberit integre exigendi optionem, facultatemque habere, nec ulla immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis juris, concordie, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione quocumque modo, & sub quibuscumque verborum expressionibus, etiam a Decimis, seu quibusvis aliis impositionibus, etiam pro expeditione, tam offensiva, quam defensiva contra Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos, seu ex alia quavis, quantumvis legitima, & rationabili, ac necessario, & de necessitate exprimenda causa, etiam in favorem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, seu aliorum quorumcumque Principum, ac pro eorum, & Sedis Apostolicæ necessitatibus, seu alias canonicè, vel de facto impositis, & pro tempore imponendis, etiam per Nos concessas, & interim concedendas integram solutionem hujusmodi imminuere, vel impedire, neque possessores, usufructuarios, aut alias pensiones, seu fructus hujusmodi solvere deberent, etiam ipsi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, aut retinendæ portionis, & ratæ partis Pensionarios contingenti jurejurando renunciaverint, atque ex forma Cameræ Apostolicæ amplissima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore confingi posse, sed Pensionarios, & fructuum hujusmodi reservatarios ad Decimarum prædictarum onus solvendum omnino teneri.

Pensionarii tenentur ad solutionem decimarum

§.2. Omnes vero confessiones, & quietantias, receptiones Decimarum a Procuratoribus, & Ministris dictæ Cameræ, tam conductoribus censuariis, & locatoribus nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensiones, seu fructus solvere debentibus nomine Pensionariorum factendas perinde valere, atque in iudicio, & extra illud, ubique locorum fidem facere, ac si ipsismet principalibus, & pensionariis presentibus, & solventibus factæ, & exhibitæ fuissent, prout in nostris literis sub Data anno Incarnationis Dominicæ 1660. nono Kalend. Martii, Pontificatus nostri Anno sexto, desuper confectis, quarum tenores presentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenus continetur.

§.3. Cum autem, sicut accepimus, in aliquibus reservationibus, & impositionibus prædictarum Pensionum ipsimet Titulares, & Administratores ex pacto inter partes inito, vel etiam ex libero consensu, aut alias onus quarumcumque contributionum ratione Pensioni ipsarum, etiam ad instantiam Imperatoris, & pro defensione Fidei Catholicæ faciendarum in se, & Successores suos, etiam sub juramento, & obligatione Camerali assumpserint, ac Pensiones ipsas ab ejusmodi decimis, impositionibus, & aliis quibuscumque gravaminibus quocumque, vel ex quacumque causa, etiam necessarissima, & urgentissima, ac etiam specialiter ex præmissis pensiones liberas, immunes, & exemptas, ac integras, & nullatenus diminutas solvere promiserint, quin etiam pensiones ipse in eventum necessariæ solutionis, & contributionis faciendæ pro rata pensionis ipsas tangente auctæ, vel augendæ, & forsitan, etiam alia cautela quom prægnantissimis verborum expressionibus, in expeditione pensionum hujusmodi concepta reperiantur, & propterea nonnulli Pensionarii a contributione, & solutione in prædictis literis contenta se tueri, onusque solutionis ratam pensionis tangentis, in ipsos Titulares, seu Administratores Ecclesiarum, Canonicatum, Dignitatum, Mensarum, aliorumque beneficiorum, tam secularium, quam regularium prædictorum rejicere, & retorquere contendant, & desuper nonnullæ lites, & controversiæ motæ fuerint, & de præsentibus forsitan adhuc pendeant indecise.

§.4. Nos Ecclesiarum, Mensarum, Canonicatum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum hujusmodi indemnitati consulere, & ne fructus illarum, & illorum plus a quo graventur, providere, omnemque dubitationis, & controversiæ materiam nostræ declarationis oraculo terminare volentes, ac omnium, & singularum reservatarum pensionum, pactorum, & conventionum, & in eis contentarum clausularum tenores, ac litum, & causarum super præmissis coram quocumque iudice pendentium statum, & status, & merita, etiam si

Declaratio nensis.

etiam si talia forent, quod de illis specialis, & individua mentio fieri deberet, perinde ac si de verbo ad verbum expressis, & expressa essent, presentibus pro expressis habentes, eademque lites, & causas in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, a quocumque iudice, & Tribunali, tam hujus Urbis Romæ, quam aliis quibuscumque locis, & tam in Statu nostro Ecclesiastico, quam extra illum, ubicumque agantur, etiam si in gradu appellationis pendeant, ad Nos avocantes, easque penitus suppressas, & extinguentes, Motu simili, & ex certa scientia nostra, & de apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, & denuntiamus mentem, & intentionem nostram in prædictis literis fuisse, & esse, ac immutabilem fore, Decimas ipsas super omnibus Pensionibus prædictis ratam cuilibet earum tangentem omni pacto, & conditione remotis, & absque ulla spe relevationis Pensionariorum contra Titulares, & Administratores Mensarum Ecclesiasticarum, & reliquorum Beneficiorum, & locorum priorum in dictis literis expressorum per Nos fuisse, & esse impositas, & propterea omnes, & singulos Pensionarios quocumque auctoritate, dignitate, præminencia præfulgeant (non tamen personas in prædictis literis exceptas) ad ipsarum Decimarum solutionem pro rata cuilibet Pensioni teneri, & obligatos esse, neque ullum jus, & actionem, etiam in vim cujuscumque pacti, & conventionis quantumvis ex causa onerosa, vel donationis, juramenti, obligationis Cameralis, augmenti Pensionum, & cujusvis alterius, quantumvis inexcogitata cautela, & pactiois, etiam a Sede Apostolica in genere, vel in specie, atque individualiter cum illorum, & illarum tenore inserto approbatis, & confirmatis, & forsitan pro decennio durante approbandis, & confirmandis aliquid aliquando ab ipsis titularibus repetendi competere: sed ipsos Pensionarios ad decimarum hujusmodi solutionem pro rata suæ cujuslibet pensionis juxta nostrarum literarum prædictarum formam, & tenorem, ac præsentem nostram declarationem, ac si quoad easdem Decimas per Nos impositas nullatenus pacta, conventiones, donationes, juramenta, obligationes, & alia cautela superius dictæ, & per Sedem Apostolicam approbata, vel approbanda nullatenus emanassent, vel emanaverint; imo illis omnibus quoad solutionem decimarum prædictarum plenarie, expresse, & specificè ad favorem fructuum prædictorum, seu Titularium, & Beneficiorum, ac Administratorum prædictorum derogatum fuisse, ac iterum Nos tenore præsentis Motus proprii expresse, & plenarie ad exonerationem Titularium, & Beneficiorum, ac Mensarum, aliorumque locorum prædictorum contra Pensionarios derogamus, & dicto durante decennio, eosdem Pensionarios teneri, ac per eos ad quos spectat, & pro tempore spectabit, juxta prædictæ impositionis, & hujus Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

nostræ declarationis formam, & tenorem cogi, & compelli posse, seu debere.

§.5. Et pro potiori cautela quascumque sententias in causis prædictis contra ipsos Pensionarios, seu eorum aliquem super præmissis Decimis hætenus latas, promulgatas, & publicatas, ac etiam executioni demandatas, uti nullas, & invalidas revocamus, cassamus, annullamus, & viribus evacuamus, cum omnibus inde sequentibus, ipsisque Pensionariis perpetuum silentium super præmissis imponimus, & impositum esse declaramus, & hanc mentis nostræ declarationem cum omnibus, & singulis per Nos præsentibus Motu proprio ordinatis, locum habere, & omnino servari volumus, tam in Pensionibus hætenus impositis, quam in posterum imponendis, quibuscumque pactis, conventionibus, clausulis, & cautelis, ac etiam eidem præsentibus nostræ declarationi renunciatione etiam juramento facta non obstantibus, quæ omnia eo ipso irrita, & invalida, ac nullius roboris, & effectus fore, & esse censentur, & ita declaramus. Sicque, & non aliter per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, &c. sublata, &c. judicari, & definiti debere, irritumque, &c. decernimus.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Ecclesiarum in quibus beneficia hujusmodi existunt, seu a quibus Mensæ ipsæ dependent, etiam juramento, &c. roboratis, &c. privilegiis, &c. Quibus omnibus, &c. eorum tenores, &c. latissime hac vice dumtaxat specialiter, & expresse Motu pari derog. ceterisque contrariis quibuscumque cū clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F.

Et quod literarum prædictarum tenores etiam veriores, ac Data, ac singulorum Pensionariorum prædictorum dignitates, qualitates, & præminencias, etiam speciali nota dignas, & alias de necessitate exprimendas presentibus pro individualiter expressis habentes, seu in toto, vel in parte exprimi possint in literis: & de declaratione, denunciatione, avocatione, extinctione, silentii impositione, singulis derogationibus, & decretis, ut supra in literis latissime extendendis: & quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationum, qualitarum, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis, si videbitur, etiam per viam de Curia expediendis: Et cum decreto quod interim, etiam ante earumdem literarum expeditionem sola nostri præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique plenam fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacumque contraria non obstante: Et firmis remanentibus ceteris omnibus, & singulis per Nos in dictis literis impositionis Decimarum dispositis, & ordinatis.

Fiat F.

Q9

Da-

Clausulas apponit.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Kal. Aprilis, Anno IX.

CDXXXIV.

Breve Beatificationis Petri de Arbues Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, primi Inquisitoris in Regno Aragoniæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fortissimos Christi athletas, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni, quorum pretiosa in conspectu Domini morte religio defensa, cumulatâ fides, Ecclesia roborata est, sicut post agonem victores corona justitiæ donat in cœlis justus Judex, ita devota convenit fidelium veneratione in terris honorari, ut qui sunt ante thronum Dei, & servantur ei die, ac nocte in templo ejus, infirmitatem nostram sua intercessione juvare dignentur.

Quam in rem pro pastoralis nostro munere, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, propensis studiis incumbentes, flagrantia id ipsum Catholicorum Regum, & aliorum Christi fidelium vota libenter exaudimus, prout omnibus maturæ discussionis trutina perpenis ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Christianæ Religionis, Fideique Catholicæ robur, & incrementum, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltationem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Cum itaque ad preces Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Generalis Inquisitoris, & Ministrorum, omnium Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum ac Deputatorum præsertim in Regno Aragonum adversus hæreticam pravitatem, necnon Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ, Cleri, Juratorum, & Populi Civitatis Cæsaraugustanæ processus rite, ac recte confecti fuerint super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, Martyrio, causa martyrii, prodigio quoque effervescentiæ, & multiplicationis sanguinis, aliisque miraculis a Deo patris intercessione Servi Dei Petri de Arbues alias Magistri Epilæ nuncupati, dum vixit, Canonici prædictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & primi Inquisitoris in dicto Regno Aragoniæ auctoritate Apostolica deputati, qui dum munus Inquisitoris hujusmodi fideliter, & summo cum Fidei Catholicæ zelo exercebat, a nefariis quibusdam Sicariis Judaica perfidia infectis, in odium ejusdem Catholicæ Fidei immaniter trucidatus martyrii palmam accepisse asseratur: iidemque processus in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præposi-

Supplicatio Regi, & Inquisitorum Hispaniarum.

torum accuratissime discussi fuerint, factaque tandem eorum omnium, quæ in causâ gesta sunt, coram Nobis plena, & distincta relatione, præfata Cardinalium Congregatio, Nobis annuentibus censuerit, quodcumque tuto deveniri posse ad solemnem Canonizationem ejusdem Servi Dei Petri Arbuesii, juxta Ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sacrorum Canonum dispositionem, attento quod agitur de Martyre cum prodigio, & miraculis mature discussis, & formiter approbatis.

Hinc est quod Nos pijs memoratorum Philippi Regis, Inquisitorum, Capituli, Cleri, Juratorum, & Populi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de præfatorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu indulgemus, ut memoratus Dei Servus Petrus Arbuesius in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquæ venerationi Fidelium (non tamen in processibus circumferenda) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de eo sub Ritu duplici recitetur officium, & Missa celebretur de Martyre non Pontifice singulis annis, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 17. Septembris, qua spiritum Creatori reddidit. Hæc vero in locis dumtaxat infra scriptis, nempe in Cathedrali Ecclesiâ Cæsaraugustana, ubi Canonicus Martyrii palmam consecutus est, ejusque corpus requiescit, in Ecclesiis Generalis Inquisitionis Hispaniarum ac S. Martini Inquisitionis Regni Aragoniæ, ubi primus Inquisitoris munus obivit, & a qua ex Apostolica auctoritate munus idem accepit: necnon in Matrice Ecclesiâ Oppidi de Epila, ubi natus est, & quantum ad Missas attinet, etiam a Sacerdotibus confluentibus.

Præterea, præsertim tamen dumtaxat anno a datis hæc literis inchoando, in præfatis Ecclesiis solemnia Beatificationis ejusdem cum Officio, & Missa sub Ritu duplici majori die ab Ordinario constituta, & intra sex menses promulganda celebrandi facimus facultatem. Romæ vero in Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Montis Serrati, Nationis Regni Aragonum intra bimestre: postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum eadem solemnia celebrata fuerint, pariter celebrari permittimus.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum subscriptis, & sigillo Præfati ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decima.

Beati nomine nuncupandus.

Contrariis derogat.

Transumptis danda fides.

Dat. die 17. Apr. 1663. An. IX.

CDXXXV. cima septima Aprilis 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

CDXXXV.

Ex Regest. in Secret. Brav.

Deputatio R.P.D. Rasponi in Nuncium Extraordinarium ad Reges, Respublicas, & Principes Christianos quoscumque, ad quorum Regna, Dominia, Ditiones, & Principatus ipsum declinare contigerit pro gerendis arduis negociis S. Sedis Apostolicæ.

Dilecto filio Magistro Casari Raspono in utraque Signatura nostra Referendario, ad Reges Respublicas, & Principes Christianos quoscumque nostro, & Apost. Sedis Nuncio.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Expositio.

CUM Nos pro gerendis arduis negotiis de aliquo viro sapientia, & meritis præstante nostro, & ejusdem Sedis Nuncio Extraordinario ad Reges, Respublicas, & Principes Christianos quoscumque destinando mature deliberarem, tu Nobis occurristi, cui ob spectatam multis rerum experimentis fidem, ac erga Nos, & dictam Sedem devotionem, singulari quoque dextertatem, prudentiam, & doctrinam, aliasque eximias animi dotes, & virtutes, quibus te multipliciter insignitum esse novimus, hoc munus potissimum demandavimus.

Decretum confirmat.

Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, apud omnes, & singulos Reges, necnon Respublicas, & Principes Christianos quoscumque, ad quorum Regna, Dominia, Ditiones, & Principatus te declinare contigerit, nostrum, & Apostolicæ Sedis præfata Nuncium extraordinarium cum facultatibus ad id quovis modo necessariis, & opportunis, ad nostrum, & ejusdem Sedis Beneplacitum tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. In contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.

Cæterum te in Domino hortamur, ut munus jam dictum alacri animo suscipiens, illud ad Dei gloriam, & S.R.E. exaltationem, ac Catholicæ Fidei propagationem sic gerere studeas, ut tu quidem de præclaris gestis tuis non solum apud omnes commendationem, & laudem in terris, sed in primis a bonorum operum Reputatore præmium in Cœlis consequi merearis. Nos vero te votis, ac de te expectationi nostris respondere letemur.

Dat. die 22. Apr. 1663. An. IX.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

CDXXXVI.

Confirmatio Statutorum pro Conventibus Reformatis Provinciæ Turoniæ Pictanen. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum.

Ex Regest. in Secret. Brav.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præpositi, illa, quæ pro felici, prosperoque Christianifidelium, qui abnegantes semetipsos, divinis obsequiis sese sub suavi Religionis jugo manciparunt, regimine, & gubernio provide constituta esse noscuntur, libenter dum a Nobis petitur, apostolici muniminis præsidio roboramus.

Procurium.

Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, & discreti Provinciæ Turoniæ Pictaven. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, seu Reformatorum nuncupatorum, quod nonnulla Statuta pro Conventibus Reformatis dictæ Provinciæ jam olim in Capit. Gen. & Provin. approbata, juxta Decretum dilecti filii Ministri Generalis dicti Ordinis per Fratres Definitorii, necnon per antiquiores Provinciæ hujusmodi Reformatos Definitorios, atque per omnes Guardianos Conventuum Reformatorum, in Congregatione intermedia Bercozii habita die 23. Aprilis 1662. convocatos in unum collecta fuerunt tenoris, qui sequitur, videlicet.

Expositio.

Primo. In Conventibus Reformatis non debent eligi Guardiani, nec alii Officiales scilicet Vicarii, Lectores, Magistri Novitiorum, ac Juvenum, quam illi, qui tunc temporis morantur in Conventibus Reformatis, & per biennium saltem proxime, præcedens in eisdem laudabiliter, & reformatate vixerint, & hoc sub pena nullitatis aliter faciendo.

Decretum Ministeri Generalis dicti Ordinis.

Secundo. Nec in Conventibus Reformatis hujusmodi collocari debeant, nisi Reformati, & illi, qui in vultu, & vestitu cæterisque omnibus secundum Institutum Reformatorum vivere velint, & possint, & non aliter.

Tertio. Fratribus petentibus licentiam migrandi ad Fratres Reformatos, teneatur Minister Provincialis concedere; eosque serio exortare ne levitate potius, aut animi inconstantia, quam pietate Reformationem aggrediantur.

Quarto. Emisissis votis in Conventibus Reformatis non licebit deinceps ad alios Conventus non Reformatos convolare.

Quinto. Qui ex observantia ad strictiorem statum profectus fuerit, & per annum integrum laudabiliter vixerit in reformatione, remeare denuo non poterit, & alios Conventus non Reformatos, ut in eis moretur absque licentia Magistri Generalis a toto Definitorio Provinciæ petenda.

Q 9 2

Sexto.

Sexto. Non licebit in posterum Fratribus strictioris Observantiae dare operam literis in Conventu Parisiensi, sed tantum in Conventibus Reformationis deputatis; ceteri vero Fratres non recipiantur in studiis Reformationis, nisi velint id genus vitae amplecti, & non poterunt deinceps ad non Reformatos regredi, nisi per annum in studio permanerint.

Septimo. Nullus a Conventibus Reformationis amoveri valeat, nisi, ut fiat Guardianus, aut alius Officiarius in Conventu, & in eodem Capitulo Reformationi, si necesse sit deputando.

Octavo. Crescente numero Reformationum augeatur numerus Conventuum, quos Minister Provincialis, & Definitor in Capitulo Provinciali reformationi aptos assignare tenebuntur.

Nono. Quantum ad Novitiorum receptionem, & educationem, & professionem servabuntur Statuta Provinciae, excepto quod si ante professionem Novitius exierit reddentur ei, & si voluerit omnia suppellectilia etiam habitus.

Decimo. Inhibitum est ne continuentur Guardiani ultra triennium juxta Constitutiones Apostolicas, & Statuta Generalia.

Undecimo. Definitorum actuales non fieri poterunt Guardiani durante sui Definitoriatu tempore, neque eligi in Superiores, vel Praesides alicujus Conventus ultra tres menses.

Duodecimo. Definitorium non poterit assumere Religiosos Reformatos, illosque instituere in Monialium Confessarios, qui sint ad minus quadragenarii, quibus Socii Reformati assignabuntur, qui quidem Confessarii ultra triennium non continuabuntur, expletoque triennio revertentur ad Reformatos Conventus, in eisque Guardiani fieri poterunt.

Decimotertio. In hac Provincia unus ad minus sit semper Definitor ex Conventibus strictioris observantiae.

Decimoquarto. In Capitulis, & Congregationibus instituuntur Magistri Novitiorum, & Juvenum, qui sint viri graves, probi, devoti, vitae spiritualis, & Exercitiorum Ordinis periti; Lectores autem eligantur peritiores, & Religiosiores.

Sequuntur subscriptiones Patrum Vocalium Capituli Provincialis Provinciae Turoniae.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat dicti Exponentes praesentia Statuta pro firmiori illorum subsistentia, & observatione apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitri summopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiarum, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super

hoc humiliter porrectis inclinati, de Venabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui acta Capitularia, seu Statuta memoratae Provinciae ad praesentem tenorem expressa viderunt, consilio, eadem auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, eisque apostolicae auctoritatis robur adiciamus, & juxta illorum dispositionem in posterum servari mandamus, & praecipimus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in praemissis de quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praefatorum Ordinis, ac Provinciae, & Conventuum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Aprilis 1663. Pontificatus nostri Anno IX.

CD XXXVII.

Liberatio Plateae de Rotunda Urbis a Domino Capituli, & Canonicorum Ecclesiae Sanctae Mariae in Rotunda d. Urbis, excepto loco pro collocandis tabernis mercatoris designato, cum confirmatione privilegiorum dicti Capituli, & Canonicis per Romanos Pontifices, praesertim Sixtum V., & Urbanum VIII. concessorum, & approbatorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. **D**udum per felic. record. Sixtum Papa V. Praedecessorem nostrum accepto, quod etiam Archipresbyter, & Capitulum Ecclesiae Beatae Mariae Rotundae de Urbe ab immemorabili tempore fuissent, & essent Domini, & Patroni totius Plateae Sanctae Mariae Rotundae nuncupatae ante praedictam

Decretum confirmat.

Decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 23. Apr. 1663. An. IX.

Ex Regest. in Secret. Brevo.

Modva.

dictam Ecclesiam existentis, & in pacifica possessione eatenus fuissent tenendi bancos, & illos locandi, ac pretium inde proveniens percipiendi, unde nemini nec Judici, nec Magistratui, aut Superiori licuisset, nec liceret Archipresbyterum, & Capitulum praedictos in ipsa eorum possessione, minusque eorum locatarios quominus banchis ex Platea praedictis uti possent, molestare, aut ab ipsis locatariis praetextu dictae Plateae aliquid exigere, petere, vel recipere; imo soliti essent tam in dicta Platea, quam extra, & prope eam in viis publicis ab illa ad quinque cannas, vel circiter distantibus fructus, herbas, panem, pisces, & alia tam comestibilia, quam incomedibilia vendere volentibus licentiam desuper concedere, ac quoscumque qui pro ejectione luti, ac immunditiarum dictae Plateae ratam partem solvere recusarent, omnemque in hujusmodi Platea, ac locis vicinis dictis Archipresbytero, & Capitulo subiectis vendentes, illis dumtaxat exceptis, qui in locis ordinariis, & per eisdem Archipresbyterum, & Capitulum deputatis de eorum licentia manerent; aut illos in Dominos recognoscere, illos quoque habitantes, qui ante eorum apothecas bancos ultra debitum, seu Tabulata, & Tabulas, super quibus res vendenda teneri, & exhiberi solent a pariete apothecae ultra quatuor palmos distantes haberent, aut sub dictis banchis, & tabulis barilia, tinas, sive ut vulgo dicunt *tinotas*, aliasque res tenerent ad solutionem, & contributionem debitam cogere, & compellere; nihilominus nonnulli vicini domos in circuitu ejusdem Plateae possidentes, & habitantes (nesciebatur quo jure) absque licentia dictorum Archipresbyteri, & Capituli juxta suos parietes, & ante eos erigere praesumerant Banchos ad usum Macelli, & pro vendendis piscibus, pro quibus etiam aliquid praedictis Archipresbytero, & Capitulo solvere recusabant in grave eorum damnum, & praedictum; Ipse Sixtus Praedecessor omnia, & singula privilegia, indulta, jurisdictiones, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, & gratias Ecclesiae, necnon Archipresbytero, & Capitulo praedictis per quoscumque Romanos Pontifices eatenus quomodocumque, & qualitercumque concessa usum Plateae, & illi adjacentium locorum, illorumque concessionem concernentia, in quorum pacifica possessione, & usu eatenus extiterant, necnon mandata, & sententias de, & super manutentione possessionis dictae Plateae per quosvis Palatii Apostolici causarum Auditores, sive eorum Locumtenentes, aut alios quoslibet Romanae Curiae Judices eatenus latis, emanatas, & relaxatas, prout rite, & recte gesta erant perpetuo sub certis modo, & forma tunc expressis confirmavit, & approbavit, ac praevia quarumcumque litem, & causarum super Platea, & adjacentibus locis antedictis motarum, seu pendendum avocatione, illarumque suppressione, & extinctione dictam Pla-

team, ac loca ei circumquaque adjacentia in viis publicis existentia, & ab ea per quinque cannas distantia hujusmodi etiam dictam Plateam ullo umquam tempore per quascumque personas, cujuscumque gradus, & conditionis existentes augeri, extendi, & ampliari contingeret, etiam cum augmento ampliationis, & extensionis hujusmodi, quantumcumque foret, quo adveniente etiam loca in viis publicis, & ab ea per quinque cannas distantia hujusmodi computari, & comprehendi voluit cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, ac etiam omnibus, & quibuscumque illorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, Ecclesiae, Archipresbytero, & Capitulo praedictis similiter perpetuo, & irrevocabiliter, donavit, concessit, & largitus est, ac omne illius, & illorum jus, & dominium, etiam ad ipsum Sixtum Praedecessorem, & Camera Apostolicam, aut alios quoscumque particulares spectaret, in Ecclesiam, & Archipresbyterum, & Capitulum hujusmodi transfudit, eosque in suum, & Camera, ac particularium praedictorum locum, & jura quoad haec ex tunc pariter perpetuo substituit, & subrogavit, itaut liceret Archipresbytero, & Capitulo praedictis Plateae, & adjacentium locorum sic specificatorum, ac jurium, obventionum, & emolumentorum praedictorum per se, vel alium seu alios possessionem per eos captam, ut praefertur, continuare, & quatenus opus esset de novo propria auctoritate libere apprehendere, illamque perpetuo retinere, necnon fructus, redditus, proventusque ex eis provenientes percipere, exigere, & levare, ac in eorum, & dictae Ecclesiae usum, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, ac ex tunc Ecclesiae, Archipresbytero, & Capitulo praefatis in Platea, & adjacentibus locis hujusmodi plenum jus omnino acquisitum esse, illamque, & illa cum juribus, obventionibus, & emolumentis praedictis ad Ecclesiam, necnon Archipresbyterum, & Capitulum memoratos de jure spectare, & pertinere, ipsisque lapides marmoreos loco banchorum pro majori piscium Venditorum commoditate, ac dictae Plateae ornatu mensibus elapsis per eos in ipsa Platea erectos, & appostos libere, & impune erigere, & apponere licuisse declaravit. Praeterea Plateam una cum augmento hujusmodi, si illud fieri quodcumque contingeret, necnon loca adjacentia praenomina- ta ab omni jurisdictione, & superioritate tunc, & pro tempore existentium Camerarii, ac dictae Urbis viarum Magistrorum ex tunc, & in perpetuum, ita & taliter, quod dicti Camerarius, & Magistri, & super Platea, ac locis circumvicinis praedictis, illorumque membris, & pertinentiis nullam omnino haberent, nec habere possent jurisdictionem, & auctoritatem, exemit, & liberavit, quodque de cetero nulli omnino cujuscumque status, gradus, ordi-